Assignavi? [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Cor

Julius episcopus servus servorum dei Dilectis filiis Sancti Jacobi de Spata et del Carmen per Priores gubernari solitorum
Monasteriorum Prioribus Ispalen(sis) Salutem et apostolicam benedictionem Querelam dilecti filii Roderici de Santaella clerici perpetui beneficiati in parro
chiali ecclesia opidi de [illegible] Pacen(sis) dioc(esis) recepimus continentem quod licet ipse Sebastianum ecclesie Malacitane quam tunc obtinebat et
Franciscus de Melgar quoddam perpetuum simplex beneficium ecclesiasticum in parrochiali ecclesia opidi de Ronda Malacitane dioc(esis) quod tunc obtinebat [illegible]
desiderantes illa ex certis rationabilibus causis invicem permutare ex causa permutationis huiusmodi in manibus ordinariorum illorum collatorum extra Romanam
Curiam sponte resignaverint ipsique ordinarii collatores dictis resignationibus ex eadem causa admissis de Sebastiana per Rodericum Franciscum
de beneficio vero huiusmodi per Franciscum predictos resignata ex eadem causa vacantibus Roderico prefato [illegible] ipsi Francisco [illegible]
Sebastianum predictum pacifice assecutus fuerit sed cum dictus Franciscus huiusmodi beneficium non obtineret dictus Rodericus illud assequi non
potuit Et licet dictus Rodericus eundem Franciscum sepius requisiverit ut Sebastianum prefatum ei libere dimitteret dictus Franciscus
hoc facere recusavit hactenus et recusat [illegible] in anime sue periculum et dicti Roderici preiudicium non modicum et gravamen Quare pro parte
eiusdem Roderici nobis fuit humiliter supplicatum ut ei super hiis oportune providere paterna diligentia curaremus Quo circa
[illegible] dictus Rodericus sicut asserit potentia dicti Francisci merito perhorrescens ipsum infra Civitatem Ispalen(sem) seu dictam dioc(esim) nequeat [illegible]
[illegible] discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis
quod iustum fuerit appellatione remota decernatis facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari
Testes autem qui fuerint nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellatis veritati
testimonium perhibere Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo vestrum ea nihilominus exequantur
Dat(um) Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquingentesimoctavo Octavo Kl(endas) Septembris
Pontificatus nostri Anno Tertio

Aug:

[illegible] Millinus

E [illegible]

N. Lipomanus pton.

D. de Villoslada — 1506 — Regalado

AHUS Legajo 608-5

Cax. 2. de Medio Leg.° 1. N.° 27.

Vn Rescripto de Julio 2.° año de 1506 8.° Kal. Sept. a los Priores de S.n tiago de la Espada, y del Carmen, para que hagan justicia, con motivo de aver permutado el S.or Fundador la Magistral de Malaga por un Beneficio de Ronda, q.e dijo poseia Fran.co Melgar, lo q.e era falso; p.a que d.ho Fran.co devolviesse la Magistral al S.or Fundador.